

nomen est patris. id esse &iam filii nomen. Similiter
quod nomen est filii. esse id &iam & sp̄s sc̄i. Quando
&iam paraclitus filius dicitur. sicut & sp̄s sc̄i. Et
ideo ait in euangelio dñs ih̄c. Rogabo patrem. &
aliu[m] paraclitum dabit vobis. qui vobiscum sit in
aeternum. sp̄s veritatis. Bene dixit aliu[m]. ne ipsu[m]
filium. ipsum sp̄m intellexeret. Unitas enim no-
minis est. non filii sp̄sque sabelliana confusio.
Itaque aliud paraclitus est filius. aliud paraclitus
sp̄s sc̄i. Filium enim paraclitum. dixit &iam io-
hannes. sicut habes. Siquis peccauerit. paraclitu[m]
habemus apud patrem. ih̄m x̄m. Itaque quem ad-
modum unitas nominis. ita &iam unitas potesta-
tis est. Ubi enim paraclitus sp̄s. ibi &iam filius.
Nam sicut hic in aeternum dñs futurum cum fi-
delibus sp̄m dicit. ita &iam des̄e alibi ostendit.
quod in aeternum cum apostolis sit futurus. dicens.
Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus. usque ad
consummationem mundi. Vnum sunt ergo filius
& sp̄s. unum nomen est trinitatis. & una insepara-
bilisq[ue] presentia. Sicut autem ostendimus para-